

www.e-rara.ch

... Positiones de transactione et annexam quaestionem

Mönch, Johann

Basileae, 1571

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH EL I 4a:44

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-16087>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SEQVENTES POSITIONES DE TRANSACTIONE ET ANNEXAM QVAESTIONEM, PRO INGENII SVI VIRIBVS

PVBLICE DISPVTABIT M. IOANNES MONACHVS,
Salfeldensis, in celebri Academia Basiliensi,
x. die Aprilis, loco consueto.



*Terminum Transactionis generalis & lar-
ga significatione, tam apud Latinos auto-
res, quam Iuriconsultos, ad omnes actus
refertur, quibus controversia atq; negocia
componuntur & ab obligatione receduntur.*

II. Specialiter verò ac proprie in hac materia signi-
ficat conventionem, qua à lite mota vel mouenda certa le-
ge receditur.

III. Itaq; vulgò sic definitur solet. Quòd sit contractus
iuris gentium innominatus, quo inter litigatores, res dubia
& litigiosa, siue praesens sit, siue futura, consensu eorum,
certa lege atq; conditione remittitur atq; finitur: exceptio-
nem tantum producat.

III. Quatuor igitur ad substantiam Transactionis
requiruntur. I. Consensus partium. II. Ut res sit dubia
& litigiosa. III. Ut lis finiatur. IIII. Ut certa lege fi-
niatur.

U. Transigere possunt omnes qui consensum habent
& liberam suorum bonorum administrationem, quiq; a-
licenare non prohibentur.

VI. Ideo neq; pupillus sine consensu tutoris neq; mi-
nor XXV annis, sine auctoritate curatoris, transigere
potest.

VII. Tutoribus verò, & iis quibus bonorum alieno-
rum administratio concredita est, transigendo nihil aliena-
re aut donare permittitur.

VIII. Quemadmodum neq; procuratori, qui consti-
tutus est ad agendum.

IX. Nisi aut speciale habeat mandatum: aut procu-
rator sit omnium bonorum: aut in rem suam.

X. Idem dicendum putant Interpretes, si consensum
domini aliquo modo probare possit: vel consuetudo & statu-
tum Transactionem ei permittat.

XI. Emphyteuta verò & vasallus absq; dolo & col-
lusione transigere non prohibetur, si modo transigendo pra-
edium & feudum non in alium transferatur.

XII. Non solum autem in civilibus controversiis, sed
etiam in criminibus publicis, quae sanguinis poenam inge-
runt (id est mortis) tam actori quam reo impunè transigere
licere arbitror.

XIII. Excipitur tamen ex civilibus, causa alimen-
torum futurorum, in testamento, codicillis, vel donatione
causa mortis, relictorum, de quibus absq; cognitione praetoris
transigere non est permissum.

XIIII. Nisi alimentarius transigendo conditionem
suam faciat meliorem, aut ea fuerit testatoris voluntas.

XV. Quamquam autem Transactionem de alimen-

tis sine auctoritate praetoris factam, complures inreuerando
confirmari putent: tamen contrariam sententiam tueri co-
nabor.

XVI. Ex publicis criminibus excipitur adulteriũ,
quod ad incestum, raptum & stuprum, quod adhibita vi &
illicitis artibus committitur, producendum cum quibusdam
existimo.

XVII. De reliquis criminibus, quae morte non pu-
niuntur, transigere non licere putarim, quin transigentes
de falso accusari possint.

XVIII. Falsi etenim accusationem exceptam esse,
probabile mihi non videtur.

XIX. Transactione non obstante, magistratum ex
nobili suo officio (ut loquuntur interpretes) reum criminis,
capitali supplicio afficere posse, cum Fulgoso & alijs sentio.

XX. De rebus Ecclesiasticis, regulariter transigere
non licet.

XXI. Transactionum quaedam est simplex, qua-
dam stipulatione Aquiliana mixta: alia item generalis,
alia specialis: quaedam iurata, quaedam iniurata.

XXII. Potest Transactio fieri vel purè, vel sub con-
ditione, item adiecta poena & iureiurando. Nec refert apud
iudicem fiat vel non, scriptura interueniat, nec ne.

XXIII. Effectus Transactionis varij sunt. Nec e-
nim minorem habet auctoritatem quam res iudicata, & ve
suprà in definitione dictum est, exceptionem producit.

XXIII. Datur etiam quandoq; ex ea, replicatio
doli, si videlicet prior actio resuscitetur.

XXV. Nam si per Aquilianam stipulationem illa
sit sublata, is qui ex sua parte contractum impleuit, de dolo
agere poterit.

XXVI. Actor verò, qui per acceptilationem reum
liberauit, agere amplius non potest, nisi reus consentiat, &
quod accepit reddat, poenamq; promissam persolvat.

XXVII. Cum Transactione affinitatem habent
pacta, sententia, iusiurandum, compromissum, diuisio &
contractus innominati.

XXVIII. Aduersantur eidem, error, dolus, vis,
metus, omnisq; falsitas.

XXIX. Errore namq; facta non valet. Dolo verò
vel metu iniurata retractatur & rescinditur.

QVAESTIO EX CONSVETVDI- NIBUS FEUDORVM.

Utrum consensus domini feudi, in alienatione eius ab
initio interuenire debeat, & sit de substantia alienationis:
an verò sufficiat, si postea interueniat.

B. O. M. P.

SEQUELAE QUESTIONUM
DE TRANSFORMATIONE ET ANNECTIONE
QUESTIONUM PRO INGENIUM ET VIRIBUS

EDITIONE SECUNDA A JOHANNI WOLFGANGO

WOLFGANGO WOLFGANGO WOLFGANGO

IN VITAE SUAE

[Faded text in the upper section of the page, appearing to be the beginning of a treatise or list of questions.]

[Faded text in the middle section of the page, continuing the treatise or list of questions.]

QUESTIO DE CONSERVATIONE
ET ANNECTIONE
QUESTIO DE CONSERVATIONE
ET ANNECTIONE

CHRISTO M. D. C. LXXI. ANNO